



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm**

**Vinitor, Gerlacus**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

XIII. De Sabbato sancto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9459**

XII.

TITVLVS XIII.

De Sabbatho Sancto.

in sepulchrum.

ante tempestiue  
pro sepulchro,  
quo extenditur  
laceus, & super  
tur puluinar am-  
ppa sericea supra  
oratione populi  
speris. Celebrans  
nigri coloris ac-  
celebrauit, &  
m thuribulo &  
paribus accen-  
us inter Diaconos  
ambabus mani-  
dictum locum.  
a voce. Ecco quo-  
omino, &c. Sicut

ad dictum locum,  
reter a Cele-  
o, & imposito  
a thuribulo ter-  
tribulo a duo-  
erdote canitur.

eius.  
is.  
super hanc, &c.  
verba. Qui te-  
omnia.

1. Sabbathum Sanctum sic dicitur, quia San-  
ctus Sanctorum, hac die requieuit in sepul-  
chro. Summo mane mundatur Ecclesia, & pul-  
cherrime ornatur, operiuntur altaria albis para-  
mentis pretiosioribus; antipendia tamen alba  
non appareant, sed violacea vsque ad finem Lita-  
niarum.

2. Lampades extinctæ ante altare sint, donec  
ignis nouus benedictus fuerit. Imagines omnes  
adhuc rectæ remaneant vsque ad finem dicta-  
rum Litaniarum, exceptis crucibus; quæ heri  
detectæ sunt.

3. Super Credentiam paratam ponitur Calix  
paratus cum suis necessarijs albi coloris, duo  
Missalia, ampullæ vini & aquæ, aliaque necessa-  
ria pro Missa.

4. Ad latus Euangelij in plano prope locum  
vbi regulariter cantatur Euangelium, paratur  
Candelabrum magnum pulchre elaboratum &  
emittens pro cereo paschali imponendo ante il-  
lud legile vestitum albo velo & super illud Missale  
clausum. Item paratur Arundo in cuius summi-  
tate tres candelæ poni possint. Thuribulum cum  
nauicula, vas aquæ benedictæ cum alperlo ro-  
peluis aigentis vel ex alia pulchra materia in qua  
sint quæque grana incensi cereo paschali impo-  
nenda.

5. Extra Ecclesiam in atrio aut aditu ipsius  
loco congruo parantur ligna sicca aut carbones  
extincti accendendi, & pro nouo igne benedi-  
centi, instrumenta ad excutendum nouum

X. 55 ignem

TITVLVS

ignem de silice, aliaque necessaria, velut forcipes ferreæ ligna sulphurata, lucerna ad includendam candelam de nouo igne, ne vento extingatur.

6. Si Ecclesia habeat fontem baptismalem, omnia pro benedictione eiusdem necessaria veluti aqua purissima in fonte præparata, Ampullæ olei Catechumenorum & Chrismatis mensulæ ibidem præparatæ cum lumine imponendæ, linteam mundum ad extergendas manus Celebrantis cum aquam tetigerit, vas amplum implendum aqua postquam benedicta fuerit ante infusionem oleorum, reteruanda sequenti die pro aspersione fidelium.

## TITVLVS XIV.

### *De Benedictione noui ignis.*

1. **M**ANÈ dicuntur horæ diurnæ vsque ad Nonam exclusiue candelis Altaris extinctis vsque ad principium Missæ coopertis & ornatis altaribus.

2. Hora competenci datur signum eum tabula inchoandi officium, secundum morem locorum, habita tamen ratione Ecclesiæ Metropolitanæ, Cathedralis, aut matricis, ita vt ista Ecclesia prius incipiat suum officium. Dum dicitur Nona antiquus ignis qui est intra Ecclesiam omnino extinguitur per aliquem Acolythum, interim excutitur ignis de silice extra Ecclesiam & ex eo accenduntur Carbones.

3. Dicta Nona Sacerdos indurus Amictu, Alba, Cingulo, stola & pluuiali violaceo, vel sive casula, Diaconus stola violacea, Subdiaconus in stola alba, sic parati procedunt cum Clero extra Ecclesiam.